[illegible]

[illegible]lavi.

Höf.: Pelm [illegible] (1720-95)

PATRIAM MATREM

AMPLISSIMI ET NOBILISSIMI

NUNQVAM NON DESIDERA-

TISSIMI

MAGNI GISLAVII

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

DANIÆ, NORVEGIÆ &c.

OLIM APUD ISLANDOS

PRÆFECTI DIGNISSIMI

FATA LUGENTEM

INCOMTA HACCE ODA ALLOQVITUR

MATERNÆ EJUS AFFECTIONIS

Pius & in Teger Filius.

HAVNIÆ 1771.

Typis A. F. STEINONIS.

Amplisſimo & Nobilisſimo

OLAVO STEPHANIO

Sacræ Regiæ Majeſtatis Daniæ & Norvegiæ

In Islandia Præfecto

Domino ſuo & Fautori æſtumatisſimo

Hoc, qvod ſeqvitur, in

beatos Soceri *ejus* Manes

Epicedium

Rudis qvidem Venæ, ſed gratæ mentis indicium

Submiſſe dat & nuncupat

Author.

Cur rugosa madent tempora lessibus,
Cur *Mater* senio canaqve frigore,
Fusis turpe capillis,
Totas sola dies egis?

Die

Metrum est *Tricolos Testrastrophos:* priores duo Versus *Asclepiadei* sunt; tertius qvisqve est *Pherecratius heroicus trimeter;* qvartus est *Glyconicus*, ut illud Buchanani: *Rerum certa salus, te cano* &c.

Dic, qvæso, qverulos, algida, cur tuos
Singultus repetunt Acroceraunia, 1)
Et ficut lacrymante
Tecum luctisonantia?

Numqvid flammiferos, æthera, turbines
Lambentes glomerant, saxaqve fumida
Hecla aut *Katla*, 2) sorores
Ætnæ, rictibus evomunt?

Num monstrosus aqvis exseruit caput
(Semper ruricolis prodigium mali

Por-

1) Montes in Epiro ob altitudinem crebris fulminibus obnoxii, sic dicti ab κεραυνός, fulmen, & ἄκρον, summum. Hic pro qvibusvis altis montibus sumitur.

2) Secundus post *Heclam* ignivomus mons, sed rarius in flammas erumpit, Islandis Kötlurgiá dictus.

Portentum qve Futuri,
Delphî certius omine).
Angvis 3) Gorgoneum, fluminis incola,
Qvod nomen fluido ducit ab æqvore,
Cunctis tristior hydris,
Nec styx protulit atrius?
Qvicqvid sit lacrymis non reparabitur,
Nec celare, velut Sphinx gravis, attinet
Ergo discere tandem
Da, si non, avido, gravet.
Ehev! fac animam ducere naribus,
Pectus, Nate, gemens, oreqve anhelitus
Nam cunctis graviora,
Qvæ nunc enumeras, fero.

Nimi-

3) Monstrum fluviatile, notum sub nomine Ormurinn i Lagarfliooti, qvod cum conspicitur, pestem aut famem portendere putatur.

Nimirum, Lachesis nescia fletibus

Flecti corripuit delicias, decus,

Tutamen Columenqve

Rebus ter validum meis.

Nostin' GISELIDEM, qvi mea pignora

Splendebat, nitidis, inter amantia

Surti 4) clarius hastis

MAGNUS nomine & omine?

Multis *ille* bonis flebilis occidit,

Nulli flebilior qvam mihi conjuge 5)

Orbæ,

4) De Surti gladio legantur *Eddæ Sæmundi* & *Snorronis*, ubi solaris splendor ei tribuitur. Qvid autem fulgore ejus hic indicetur, ex eo patet, qvod nemo Islandorum tam insigni antea functus est munere, si duos exceperis Eqvites, Hannesium nempe, Eggerthi, F. & ejus filium.

5) Matris sc. Islandiæ Maritus Ingolfus, qvi eam primus incoluit, fuisse hic inducitur, jure haud mino-

ri

Orbæ, præfidioqve

Natorum celeberrimo.

Qvid mentis memorem robur, & ingeni

Flumen, judicii Lyncea acumina,

Virtutes reliqvasve

Perpaucis imitabiles!

Jam jam nobilior pars obiit mei,

Jam jam dimidiam perpetior necem,

Fatum integrius opto:

Nam mancam fupereffe qvid....?

Ah nunc accipio femina luctuum,

Et certe *Genitrix* jure doles magis

Jufto funera prolis,

Qva, nec pocula nectaris,

Infans

ri qvam Ilia Mater Romuli & Remi, Tiberi nupta a Romanis fertur; Hinc; cum vidua fit, eo acrius dolet obitum filii.

Infans utilior, pendulus, ad tuas
Mammas lactea duxit; pueris neqve
Dignis dignior alter
Luctus promeruit tuos.

Propter degenerum crimina pignorum
Diffamata diu gentibus exteris,
Et contemta fuisti
Ridendo miserantibus.

Monstrum te, *Genitrix*, scilicet omnibus
Horrendum vitiis, imus inertium
Anderson 5) Geographûm
Nautis credulus impiis.

Man-

5) Vide passim ejus librum Nachrichten von Island dictum, qvi malitiam an stultitiam magis ar. guat, nescio; nihilo-minus omnibus, qvod miror, tantum non hactenus intactus est.

Mandavit fatuis ut temerarius
Blefken 6) literulis, *te* ſoboli ſuæ
Manducum 7) minitatus
Fletum ſiſtere commodum,
Qvales Hannibalis 8) nomine callidi
Matres Auſoniæ pignoribus metum
Stultis incutiebant,
Dictis rectius hev! lutis,
Nam qvamqvam ſoboles Attalicis bonis
Aut Croeſi cumulis Sidonii maris

Te,

6) Illum celeberrimus *Arngrimus Jonæ* refutavit libello, qvem *Anatomen Blefkenianam* vocat.

7) Legatur præfatio *Anderſonii* in ſupra memoratum librum.

8) Adeo terribilis fuit Romanis, ut matres moleſtis liberis pavorem injecerint dicendo: *Hannibal ad portas.*

Te fortuna negavit

Exornare tuas: tamen.

Dives, pauperiem, Caſtalidum chorus

Supplerunt animi Dexteritatibus

Firmavitqve Solonis

Aſſecla ille Tuus, ſuis.

Non, ut Lampetie 9) dum Phaetontium

Deceſſum dolet, aut Calliope 10) necem

Phæbæi citharoedi,

Cæis 11) plangere te juvat.

Um-

9) Lampetie ſoror Phaetontis fatum ejus cum cæteris ſororibus adeo amare deflevit, ut a Diis, lugubrem ejus ſortem miſerantibus, in arborem verſa fuerit, teſte *Hygino*.

10) Calliope fuit muſarum prima, mater Orphei Citharoedi egregii, cujus mors omnibus Muſis admodum luctuoſa fuit. vid. *Pomey Panth. Myth.*

11) Cæis. Simonides ex inſula Cea oriundus, Lyricus poeta, carmen lugubre & Tragoedias primus inveniſſe & ſcripſiſſe fertur.

Umbram næniolis illacrymabilem:
Vanæ triſtitiæ fige modum magis,
Aſcendantqve dolores.
Floſonis 12) timidam ratem.

Somno feſſa qvidem lumina melleo
Clauſit filiolus: mortis at inſcium
Stat poſt funera nomen:
Laudaturqve nepotibus.

Fatorum domitrix inſuperabilis
Virtus, perpetuæ, qvæ tibi, gloriæ
Liqvit vix ſuperandum
Culmen Mæonio 13) pede.

O!

12) Navis, qva *Floſo* e Norvegia Islandiam petere voluit, perdita eſt & nusqvam appulſa fuiſſe invenitur. vid. *Vita Niauli* (Nials Saga) ubi etiam ratio ſponte ſe exhibet, cur rates ejus timida vocetur.

13) Mæonis filius, aut forte è Mæonia, regione Aſiæ minoris, oriundus fertur Homerus poëtarum princeps.

O! gratare magis: jam tibi Numinum
Immutata Voluntas (jo gratulor)
Servat pignus: ademtum
Unum, non fuit unicum:
Reſtat namqve tibi, crede ſenex Parens
Vivum delicium, nempe STEPHANIDES,
Hic lumen Stephanosqve
Dici promeruit tuus:
Hic curando tuas res tenues nimis
Sublati ſubiit *præſidii* vices,
Qvid culpabit in illo
Matris cana Severitas?
Ut morum foliis ver recreat novis,
Sic olim faciet, ſemina mortuæ
Virtutis, redivivas
Ceu frondes revireſcere.
Qvantum triſtitiæ funus erat piæ
Prolis, lætitiæ, qvæ ſuper eſt, tibi

Tan-

Tantum retulit: ergo
Gratiplaudite liberi:
Hunc, *Mater* cavesis, ne tua pignora,
Qvæ-livor stimulis, corporis artubus
Vexat-cunqve susurrans:
Priscis exitiabile
Ut neqvam cacoethes fuit Atticis 14)
Rodant mortiferis invida dentibus:
Candens ne inficiatur
Ejus fama calumniis.
Astrææ potius gaudeat osculis,
Matris deliciis vivat & usibus;
Obtrectantibus inde
Possint rumpier ilia.

14) Vid. C. *Nepos* in *Miltiade*, Phocione &c.